



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sulpici[i] Severi Presbyteri Opera Omnia

Sulpicius <Severus>

Amstelodami, 1665

Ela Rex Israel.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11490

Isque ¹ sexto & vigesimo imperii anno defunctus est: re-
 gnum ² ad *Helam* filium devolutum, ³ nec ultra biennium
 retentum. Namque eum ⁴ *Zambri*, ⁵ princeps equitum, ⁴
⁶ epulantem interfecit, ⁷ regnumque occupavit, ⁸ vir per-
 inde

non hoc curavit ut correctior imposte-
 rum, & anteaكتورum poenitens, placato
 numine vitaret exitium: sed velut pro-
 posito premio, si strenue pergeret, ac
 si per prophetam ampla spes propo-
 sita, non calamitas denunciata esset.
*χειραν ἐγγίσει, κὶ κερθ' ἐκράσει ἡμέ-
 ρων, ὡς περ ἀθλητῆς κερκίας, τοῖς ὡσεὶ
 αὐτῶν πόνοις ὡσεὶ πῦρ.* *Joseph.*

¹ *Sexto & vigesimo imperii anno.]* Le-
 gendum, quarto & vigesimo. *Sigonius.*
 Nam diserte ibi vers. 33. *regnavit Baasa
 filius Aha super omnem Israël in Therfa
 xxiv. annis.* Nec dissident 1xx. ubi
εἴκοσι ἔτεος αργυρῆτη. Idem numerus
 est in Eusebio, nisi quod in Latinis Sca-
 ligeri lectum xxix. pro xxiv. Nam
 etiam Græcum exemplar habet ἔτη κδ.
Drusius. Regnavit integris annis xxiii.
 & inchoavit tantum xxiv. Nam 111 Reg-
 gum 16. v. 8. dicitur filius ejus Ela
 regnasse super Israël anno xxvi. Afa
 Regis Juda. Atqui à tertio anno Afa,
 quo coepit Baasa regnare, usque ad xxv.
 ejusdem exclusum, non sunt nisi xxiii.
Tirinus.

² *Ad Helam filium.]* Scribendum hoc
 nomen absque aspiratione, ad *Elam* fi-
 lium, nisi magis placet, ad *Ela* filium.
 Nam est Ἠλᾶ in textu Ebræo 111 Reg-
 gum 16. 6. Græce ἡλᾶ ὑὸς βαασῶ.
 Quod cum leniter ibi scriptum sit, mi-
 rum cur Sulpicius aspirarit. An exem-
 plari usus fuit, in quo ἡλᾶς videtur.
Drus.

³ *Nec ultra biennium retentum.]* Anno
 integro regnavit, alterum inchoavit.
 Nam sub initium illius occisus est.

⁴ *Zambri.]* Ζαμβρι. *Joseph.* An-
 tiquum est pro Zamri. Sic Mambre pro
 Mamre: Ambri pro Amri. His adde
 Nembrod quod nunc scribunt Nem-
 rod. Cæterum in uno codice offendi,
Jambri. *Drus.*

⁵ *Princeps equitum.]* Τελδοβιᾶ, Φο.
 ἡδισσαῖος αὐτὸν ἐξ ἐπιθελῆς Ζαμβρι-
 οῦ ἔκαστος ἰσπαίρησεν ἡμισείας τάξεως.
Joseph. Inno curruum, falcatorum scili-
 cet. Meruendi regibus illi maxime, qui
 milites habent sibi obnoxios, quales
 præfecti prætorio, Magistri militum,
 Magistri Equitum, & similes. *Grot.*

⁶ *Epulantem interfecit.]* Apud Olam
 procuratorem suum. Ibi immissa equi-
 tum turma oppressus, per absentiam
 tam præfectorum quam militum, qui
 tum omnes in obsidione Gabathonis
 Palæstinorum occupati fuere. *Joseph.*
 Tales præcipue occasiones, captant re-
 gum aut principum percussores. Vide
 Dan. c. 5. 30. & Guntharidis cædem 11.
 Vandalicorum Procopii. Hoc consilium
 & Pisoni datum videbis apud Tacitum
 Annal. 15. Extinxit etiam totam Baasa
 stirpem, ex illo præcepto quod non nisi
 Tyranni probant:

Νήπιος, ὃς πατέρω κλείνας ὑὸς κε-
 τέλειπε.

Excidit etiam propinquos ejus & ami-
 cos, quinque proximas domos, ut mor-
 ris fuisse in illis locis, ait Philo, in vita
 Josephi. *Grot.*

⁷ *Regnumque occupavit.]* Nescio quid
 Sigonio in mentem venerit, cum scri-
 bit: *Sulpicius Eusebium secutus omittit
 Zambri, ut qui dies tantum septem regna-
 rit, & Elam ab Amri percussus facit, &
 nomina Zambri ac Ambri, credo librario-
 rum culpa, confundit. Quare ubique apud
 eum Amri legendum.* Plane, vir doctissi-
 mus, Sulpicio vim facit. Quid enim?
 annon Zambri & Jambri apud eum di-
 stinguuntur? Ac ne dubitandi locus sit,
Principem equitum vocat, & *Regnum oc-
 cupasse*, dicit. Et immemor sui Sigo-
 nius, mox quæ dixerat, subvertit, Zam-
 bri & Amris res enarrans. *Horn.*

⁸ *Vir perinde in Dominum atque in ho-*
 mines